

NB.

De pescatoribus.

LXXII. Piscatores debeat portare omnes pisces simul ad piscariam et non debeat uendere eos, nisi in piscaria, nisi forte uenderit alicui eunti ad vineas uel in viagium. Et qui contrafecerit, perdat pisces uel tantum quantum ualerent pisces. Saluo si eset malum tempus, tunc cum licencia domini comitis possint ire et uendere in alio loco. Item nullus audeat a capite fice usque ad ceruillam piscari cum tracta et qui contrafecerit, soluat pro qualibet uice yperp. quinque.

Vt nullus proiciat in portum roi briçias uel inmundicias.

LXXIII. Nullus prohicere in portum R̄gi briçias²¹⁰⁾ uel inmundicias. Et quicunque proiceret, soluat pro banno qualibet uice yperp. vnum. Et si non porterit soluere, stet in carcere ad uoluntatem domini comitis.

De inmundicijs ut non procientur de domo in plateas.

LXXIV. Item nulla persona debeat proicere aliquas inmundicias de domo in plateas. Et qui contrafecerit, soluat pro qualibet uice gross. duos. Et si probari non porterit, qui fuerit ille qui proicerit, ille cuius domus erit proximior illis inmundiciis, soluat pro banno ut predictum est.

Vt omnes debeant mundare plateas ante domos suas.

LXXV. Item unaqueque persona teneatur mundare uel mundari facere a capite cuiuslibet mensis plateas, que sunt ante domos suas ad bannum unius gross. pro qualibet et qualibet uice qua non mundarentur.

Vt nullus proiciat inmundicias nec aliam turpitudinem in plateam Burgi.

LXXVI. Nulla persona debeat proicere inmundicias neque aliam turpitudinem in plattheam a portha de mari usque ad portam de pila de foris pecude de capra et de vacca siue boue nullus uendat foll. III pro libr. Item de becco culiuto nullus uendat ultra foll. II pro libr. Item de porco non scorticato, hoc est cum lardo, nullus vendat ultra foll. V pro libr. Item de porco scorticato, hoc est, sine lardo et de scroffa siue porco nullus uendat foll. IIII. pro libra. Item caput de bestia cum pedibus nullus uendat ultra foll. VII ficatum foll. X, maçam foll. VII et cordas (?) foll. VI et non plus. Et quicunque uendiderit plus, soluat qualibet uice pro banno yperp. V. Et beccarij teneantur dare cuilibet petenti de carnibus tot libras quot uoluerit.

Additum est, quod aliquis non debeat emere bestiam unam a sclavis occasione uendendi cum aliqua persona et qui contrafecerit soluat qualibet uice comuni pro banno yperp. vnum. Die nachfolgenden Zeilen sind gänzlich unleserlich.

Als Anmerkung: MDCLXXXII. die XXI octobr. tempore nobilis militis domini Quirini Bodoarii comitis Rag. adunatum et firmatum fuit quod nulus vendat carnes avis sub pena ypp. V. additum est quod aliquis non debeat emere bestiam unam a sclavis aut (?) dividendi cum alias psca. et quod fecerit solvat qualibet vice comiti pro banno ypp. VIII.

²¹⁰⁾ Brico, brique, i. q. later, briqueris.